

5 febbraio 1116

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo Arcivescovile n. 247.

Edizioni:

L.A.MURATORI, *Excerpta e chartis Archivi Pisani Archiepiscopii*, in: *Antiquitates Italicae Medii Aevi*, vol. III, Milano 1741, coll. 1123-24.

J.B.MITTARELLI & A.COSTADONI, *Annales camaldulenses ordinis sancti Benedicti*, vol. III, Venezia 1758, appendice, p.170.

N.CATUREGLI, *Regesto della chiesa di Pisa*, Roma 1938, n.265 p.165.

S.P.P.SCALFATI, *Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo Arcivescovile 2 (1101-1150)*, Pacini Editore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonti 11,II], Ospedaletto (PI) 2006, n.39 p.73.

Originale:

In nomine sancte et individue trinitatis et unius deitatis amen. Quoniam placuit sanctis patribus et suis institutionibus, idest sacris canonibus sanciverunt, ut ad similitudinem temporalium nuptiarum et matrimonii ecclesie in ipsa sui consecratione dotarentur, ideo ego Petrus, gratia dei Pisane matris ecclesie humilis episcopus, ecclesie sancti protomartiris Stephani de Carraria sita iuxta mare in ipsa eiusdem ecclesie consecratione a me celebrata in dotem atque donationem firmiter et irrevocabiliter dono trado atque concedo unum petium de terra cum vinea et terra laboratoria, positum iuxta prenominatam ecclesiam a capite cuius adiacet flumen Cingle et ab altero capite coheret predicta ecclesia et ab uno latere via publica et ab altero fossa que dicitur Antiqua, et medietatem integrum omnium decimarum, que in territorio eiusdem ecclesie et confiniis colliguntur, scilicet ab Uscione ad mare et a mare sicut circumdat predictum flumen Cingle, ut a presenti die in perpetuum sint ad usum et comodum iam prefate ecclesie et Petri presbiteri et clericorum ibidem deo militantium ac serventium, ut nulla deinceps persona, nullus prelatus vel subditus ullus privatus vel honore aut potestate aliqua preditus hanc nostram constitutionem et dispositionem quicunque predictorum venire temptaverit et eam quacunque temeritate vel superbia irrumpere et evacuare ausus fuerit, anathematis et maledictionis nostre totiusque nostre ecclesie pene subiaceat et insuper nobis nostrisque successoribus penam centum aureorum persolvat, nisi penitentia ductus et ad satisfactionem veniens nostro arbitrio nostrosque iudicio errata correxerit et commissa atque delicta emendaverit. Quam nostram dispositionem et constitutionem ut omni tempore suum robur obtineat et in nullo vacillet, Rodulfo notario litterarum monimen tradere mandavimus et nostre manus subscriptione et canonicorum nostrorum confirmamus.

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo sextodecimo, Nonas februarii, indictione nona. Actum apud matrem ecclesiam sancte Marie, presentia Saraceni quondam Savoretti et Gerardi quondam Martini et Rustici quondam Boniti et Mainfredi quondam Ildebrandi et aliorum.

+ Ego Petrus Pisane ecclesie peccator episcopus in hac cartula a me facta subscripsi.

+ Ego Manfridus Turritanus archiepiscopus et huius sancte ecclesie Pisane canonicus subscripsi.

+ Ego Ugo archipresbiter in ac cartula subscripsi.

Ego Einricus sacerdos subscripsi.

Ego Martinus presbiter subscripsi.

Ego Signorectus presbiter subscripsi.

Ego Berardus presbiter subscripsi.

Ego Ildebrandus canonicus subscripsi.

Ego Gerardus diaconus subscripsi.

Ego Benedictus subdiaconus subscripsi.

Ego Maurus subdiaconus subscripsi.

Ego Guido diaconus subscripsi.

Ego Rodulfus notarius sacri Lateranensi palatii hanc constitutionis cartam scripsi et manu propria firmavi.

agosto 1148

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n. 11. Diplomatico generale n. 384.
1149 agosto, stile pisano. Indizione 11. LUNGA.

Note: pergamena molto lacera al margine destro, piccole lacerazioni a sinistra, a causa di topi.
Sul retro di mano coeva: «*Vendiccionis quam fecit Cacancio in Gualando*»; di mano del XIII secolo: «*Non est scripta quia non dicit hospitale*»; più sotto di mano del XIII secolo: «*Livorno*º; di mano del XIV secolo: «*Nele confine di Livorna*», «*In Livorna a Muroto e de latera stariora tre e panora tre*»; di mano del XIX secolo: «*S. Lorenzo alla Rivolta agosto 1149*».

Regesto:

Ildebrando detto Cacancio vende a Gualando del fu Finocchio un pezzo di terra posto in Pian di Porto in Livorno in luogo detto Murrotto per 42 soldi e 3 denari.

Fatto in Pisa.

Rogò Ildebrando, notaio della sede apostolica.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quadragesimo nono, [Ka]llendas septenbris, indictione undecima.

Manifestus sum ego Ildebrandus qui Cacancio vocatur filius quondam ***** quia per hanc cartulam vendo et trado tibi Gualando filius quondam Finocchi unam integrum petiam de terra cum se habentem, que est positam in Plano Porto in loco et finibus Livorna ubi dicitur Murrocto, tenet ambobus capitibus in terra Ba....., latus unum tenet in terra sancti Luxori et aliud latus tenet in terra Homonisdei filius quondam Adami; et [est per] mensura ad iuxta seminatura stariorum tres et panori tres et si plus inventa fuerit.

Predictam integrum petiam de terra, q[ualiter] ab omni parte circumdata et mensurata est per desingnata loca, in integrum kum inferioribus et superioribus suis seu cum f[inibus] et ingressibus suis et cum omni iure ac proprietate et hactione sua tibi eam ut dictum est vendo et trado.

Et pro iamscripam n[ostram] vendictionem et tradictionem recepi pretium bonorum denariorum Lucensis monete solidis quadraginta duo et denarios tres in prefinito.

Q[uam] meam vendictionem et tradictionem, si ego qui supra Ildebrando vel meus heres sive cui nos eam dedissemus aut dederimus retollere vel mi[nuere] quesierimus per aliquod ingenium tibi qui supra Gualando et tuis heredibus aut cui vos eam dederitis vel habere decreveritis, et si nos exinde auctores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondeo ego qui supra Ildebrando una cum meis heredibus conponere tibi qui supra Gualando iamscripam meam vendictionem et tradictionem in duplum in ferquido loco sub extimatione qualis tunc fuerit.

In tali ordine hanc cartulam scribere rogavi Ildebrandum notarium apostolice sedis.

Hactum Pise.

Singnum manus iamscripti Ildebrandi qui hanc cartulam rogavit fieri.

Signa manuum Marignani filius quondam Sassi et Ildebrandi filius quondam Marini et Teperti filius Dodonis et Cafagi quondam Ildebrandi et Ughicionis quondam Guitonis et Ventura quondam Enrici, rogatorum testium.

(S) Ego Ildebrandus, notarius apostolice sedis, postradita complevi et dedi.

Et promissio ad defendendum qui per manum tenet ad penam argenti optimi libras sex ad iamscriptum datare, meritum et testes.